# JUNE 2, STS MARCELLINUS, PETER, & ERASMUS , MARTYRS

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Psalm 33: 18**

Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. (Psalm 33: 2) Benedicam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles. (Psalm 33: 2) I will bless the Lord at all times: His praise shall be ever in my mouth. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just cried, and the Lord heard them; and delivered them out of all their troubles.

**COLLECT**

Deus, qui nos ánnua beatórum Mártyrum tuórum Marcellíni, Petri atque Erásmi solemnitáte lætíficas: præsta quǽsumus; ut, quorum gaudémus méritis accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God, Who dost gladden us by the yearly festival of Thy holy Martyrs Marcellinus, Peter, and Erasmus: grant, we beseech Thee, that, as we rejoice in their merits, so our fervor may be kindled by their example. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**EPISTLE Romans 8: 18-23**

Fratres: Exístimo guod non sunt condígnæ passióne hujus témporis ad futúram glóriam, quae revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúræ, revelatiónem filiórum Dei expéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est non volens, sed propter eum, qui subjécti eam in spe: quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemíscit, et párturit usque adhuc. Non solum autem illa sed et nos ipsi primítias spíritus habéntes, et ipsi intra no gemimus adoptiónem filórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri: in Christo Jesu Dómino nostro.

Brethren, I reckon that the sufferings of this time are not worthy to be compared with the glory to come, that shall be revealed in us. For the expectation of the creature waiteth for the revelation of the sons of God. For the creature was made subject to vanity, not willingly, but by reason of him that made it subject, in hope: Because the creature also itself shall be delivered from the servitude of corruption, into the liberty of the glory of the children of God. For we know that every creature groaneth and travaileth in pain, even till now. And not only it, but ourselves also, who have the first fruits of the Spirit, even we ourselves groan within ourselves, waiting for the adoption of the sons of God, the redemption of our body. In Christ Jesus our Lord.

**GRADUAL Psalm 13: 18-19**

Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. Juxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spíritu salvábit.

The just cried, and the Lord heard them, and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto them that are of a contrite heart: and He will save the humble of spirit.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Ego vos elégi de mundo, ut eátis et fructum afferátis: et fructus vester máneat. Allelúja.

Alleluia, alleluia. I have chosen you out of the world that ye should go, and bring forth fruit, and that your fruit should remain. Alleluia.

**GOSPEL Luke 21: 9-19**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum audiéritis prǽlia, et seditiónes, nolíte terréri: opórtet primum haec fíeri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis: Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terræmótus magni erunt per loca, et pestilénti, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante haec ómnia injícient vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in synagógas et custódias trahéntes ad reges et prǽsides propter nomen meum: contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris no præmeditári quemádmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os, et sapiéntiam, cui non póterunt resístere, et contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amícis, et morte affícient ex vobis: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: et capíllus de cápite vestro non períbit. In patiéntia vestra possibébitis ánimas vestras.

At that time, Jesus said to His disciples: When you shall hear of wars and seditions, be not terrified: these things must first come to pass; but the end is not yet presently. Then he said to them: Nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom. And there shall be great earthquakes in divers places, and pestilences, and famines, and terrors from heaven; and there shall be great signs. But before all these things, they will lay their hands upon you, and persecute you, delivering you up to the synagogues and into prisons, dragging you before kings and governors, for my name's sake. And it shall happen unto you for a testimony. Lay it up therefore into your hearts, not to meditate before how you shall answer: For I will give you a mouth and wisdom, which all your adversaries shall not be able to resist and gainsay. And you shall be betrayed by your parents and brethren, and kinsmen and friends; and some of you they will put to death. And you shall be hated by all men for my name's sake. But a hair of your head shall not perish. In your patience you shall possess your souls.

**OFFERTORY Psalm 31: 11**

Lætámini in Dómino, et exsultáte, justi: et gloriámini, omnes recti corde.

Be glad in the Lord, and rejoice ye just; and glory all ye right of heart.

**SECRET**

Haec hóstia, quǽsumus. Dómine, quam sactórum Mártyrum natalítia recenséntes offérimus: et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

We beseech Thee, O Lord, that this Sacrifice which we offer in celebration of the heavenly birthday of Thy holy Martyrs, may loosen the bonds of our sins and obtain for us the gifts of Thy mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMUNION Wisdom 3: 1-3**

Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum maíitiæ: visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

The souls of the just are in the hand of God, and the torment of malice shall not touch them: in the sight of the unwise they seemed to die, but they are in peace.

**POSTCOMMUNION**

Sacro muner satiáti, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut, quod débitæ servitútis celbrámus offício, salvatiónis tuae sentiámus augméntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Regaled with Thy sacred gifts, we beseech Thee, O Lord, that what we celebrate in the fulfillment of our bounden service, we may feel as the increase of Thy salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.